Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25961
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Si enim alius apud alium erat · duo sint profecto pater et filius et non unus.
ipse enim pater enim filius enim spiritus sanctus est · quasi mutabilis sit diuine
substantie natura · cui apustolus iacob dicat · Apud quem non
est transmutatio · nec uicissitudinis obumbratio · Ite fuere
quidam prauii dogmatis auctores · qui xpm hominem tan
tum confitentes dm prorsus eum non crederent · Quos consequenter
oppugnit cum ait · In ds erat uerbum · fuere alii · qui dm quidem
illum sed extempore incarnationis factum · non autem eternum
ante secla natum a patre putarent · Unde quida talium diuis
se commemorat · Non inuideo xpo facto deo · quem et si ego uolo
possum fieri sed dm ipsum · Et hoc nefanda refellit sententia
euglia cum ait · Hoc erat in principio apud dm · idem hoc uer
bum quod ds est · non extempore cepit · sed in principio erat ds
apud dm · Ite fuere uerbatis inimici · qui xpm et ante partum
uirginis fuisse iam non negarent · non tamen natum ex patre dm sed
factum ex patre · et minorem patre qua creatura crederent ·
Nam hos dapnat euglicus sermo qui dicit · Omnia per ipsum facta sunt ·
et sine ipso factum est nichil · Si enim nichil creaturarum sine ip
so factum est · patet profecto quia ipse creatura non est per quem omnis
creatura facta est · Et nequis audiens facta per dnm creatu
ram mutabilem crederet eius uoluntate · quasi quid subito uel
let facere creaturam quam abeterno nunquam ante fecisset · ma
nifeste docet euglia facta quidem in tempore creaturam · sed in
eterna creatoris sapientia quando et qualis crea- retur semper
fuisse dispositum · et hoc est quod ait · Quod factum est in ipso uita
erat · idem quod factum in tempore siue uiuum siue uita carens ap
parunt · omne hoc in spiritali factoris ratione quasi semper
uiuerat et uiuit · non quia coeternum est creatori quod creauit · sed
quia coeterna illi est ratio uoluntatis suae · in qua abeterno
habuit et habet quid et quando crearet qualiter creatum gub
net ut maneat · ad quem finem singula quae creauit pducat ·